



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

Facultas R. Provincialis, Et Privilegium Cæsareum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

OPERIS.

rentem referre debeo. Benedic ergo ô Virgo MATER huic operi, & verbis tuis largite virtutem, afflictisque animos qui ista legent, præpara, ut hîc inveniant malorum suorum levamen, & bonorum omnium fontem. Fac ut spes suas & desideria à terrenis abstracta, ad eum convertant qui cœlum terramque condidit, qui naturam nostram ex TE assumpsit, ut suam nobis communicaret, qui fieri dignatus est Frater noster & Filius Tuus ut eundem Patrem eandemque MATREM habeamus tam in cœlo quam in terra. Utrique sit laus, gloria, & gratiarum actio in perpetuas æternitates. Amen.

---

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS, ET PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

E GO JOANNES Zwenbrüggen Societatis JESU per Provinciam Rheni Inferio-

† 3

ferio-

ferioris Præpositus Provincialis Tractatum,  
de FIDUCIA IN DEUM in quatuor li-  
bros divisum auctore R. P. NICOLAO  
du Saült Gallice scriptum, & nunc in  
Latinam linguam à P. FRANCISCO ROVÆO,  
utroque Societatis JESU Sacerdote trans-  
latum, consuetoque more censum, ac pro-  
batum, juxta potestatem ab Adm. R. P. N.  
GOSVINO Nickel Generali Præposito  
mihi concessam, imprimendi facultatem,  
Cæsareoque privilegio utendi jus indulgeo  
Wilhelmo Friessem Civi, ac Bibliopola  
Coloniensi, ut eo invito librum hunc recu-  
dere, vel intra Sacri Romani Imperii fines,  
& hereditarias S. Cæsareæ Majestatis  
Provincias importare, aut venum exponere  
nemini liceat. Hanc facultatem manu meâ,  
& officii sigillo consignatam dabam Colo-  
niæ 20. Martii. Anno 1660.

JOANNES Zwenbrüggen.

---

APPROBATIO DOCTORUM.

EGO infra-scriptus in sacra Theologia  
Facultate Parisiensi Doctor, Ecclesiæ  
Cathedralis Lemovicensis Canonicus, Of-  
ficialis, & Vicarius Generalis Ill. mi &  
Rev. mi D. Francisci de la Fayette, Lemovi-  
censis